penitentiam ſalutarem iniungendi. Omni tem pore, preterquàm in die Reſurrectionis Dominice Sacramenti Euchariſtie tam illis quàm aliis quibuſuis perſonis licite miniſtrandi facultatem induſit, ac de nouo conceſſit in omnibus & per omnia. Ita q prædicte perſone, nec non Monaſteria, domus, & loca huiuſ modi illis tam ingenere quàm inſpecie conceſſis vti, potiri, & gaudere poſſint, & debeãt. Ac ipſis impoſitionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, quarta & quinta etiam funeralium, & aliorum quoruncunq; etiam legatorum & oblatorũ & conceſſorum pro tempore, nec nõ pedagijs, & gabellis ac õmnibus & ſingulis aliis ſupradictis libera penitus immunia & exempta ſint, & eſſe cenſeantur conceſſit, ac ſtatuit & Ordinauit. Sic que in premiſſis õnibus & ſingulis per quoſcunque quauis auctoritate fungẽtes iudices & perſonas ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate, et auctoritate iudicari, et interpretari debere. Irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter cõtigerit attẽtari, declarauit. Ac premiſſa omnia & ſingula modo & forma premiſſis, ac ſub cenſuris, &

 penis